UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXX. non valeant Commißiones causarum nisi litteris expeditis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62377

Visual Library

ſive per terram ut loquitur Rebuff. *in addit. ad hanc Reg. in fi.* adde Joannem Lucium *lib. 1. Placitorum Curiæ Pariſien. tit. 4. Placito xj.*

Argumenta in Reg. XXIX. INNOCENTII VIII. *quæ eſt* PAULI V. XXX.

1. Sola ſignatura tribuit jus illam habenti.
2. Signaturam tantùm habens non poteſt moleſtare poſſeſſorem.
3. Executor non poteſt fulminare proceſſum niſi viſa bulla.
4. Practica Procuratorum in producendo ſumptum bullæ.
5. Regula hæc an procedat in officiis profanis?
6. An Regul. hæc habeat locum in Brevi Apoſtolico ſupplicatione ſignata incluſa?
7. Appellatione commiſſionis non venit Breve Papæ.
8. Appellatione Commiſſionis ſimplicis non venit Commiſſio in qua continetur ſupplicatio.
9. Appellatione ſimplicis non venit compoſitum.
10. Commiſſionis verbum comprehendit Commiſſionem ſimplicem tantùm.
11. In Commiſſione attenditur tempus præſentationis.
12. An hæc Regula locum obtineat in præſentato à Patrono, vel proviſo ab Ordinario, qui cauſſam curat committi litteris non expeditis.
13. An diſpoſitio hujus Regulæ procedat in Brevibus Apoſtolicis?
14. An Regula iſta obſtabit, ſi litteræ ſint quidem confectæ, ſed non productæ.
15. Quid ſi litteræ non fuerint confectæ tempore præſentationis commiſſionis, ſed ſtatim poſt præſentationem fuerint expeditæ?
16. Papa an huic Regulæ derogare poſſit, & quid operetur ejusmodi derogatio.
17. Clauſula derogatoria hujus Regulæ.
18. Executor ante præſentationem litterarum nulliter procedit.
19 Sumptum Bullæ probat.
20. Sumptum ex regiſtro ſupplicationum non probat.

Regula XXIX. INNOCENTII VIII. *quæ eſt XXX.* PAULI V.

NON VALEANT COMMISSIONES CAUSSARUM NISI LITTERIS EXPEDITIS.

ITem quòd omnes & ſingulæ cauſſarum commiſſiones, quas in anteà fieri contigerit obtentæ, vel occaſione conceſſionum duntaxat Apoſtolicarum de beneficiis

neficiis Eccleſiaſticis gratiarum, ſuper quibus Apoſtolicæ litteræ confectæ non
fuerint, ac proceſſus deſuper habendi, nullius ſunt roboris, vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Iſta regula caſſat commiſſiones fiendas ſuper beneficiis conceſſis per gratiam Apoſtolicam,
de quibus non ſunt litteræ Apoſtolicæ confectæ, & proceſſus deſuper habendos: & hoc eſt
contra jus commune: quia ut ſuperiùs ſæpè dixi, per ſolam ſignaturam acquiritur jus ple- 1
num ſine expeditione Bullarum de jure, ſufficiat text. cum gloſſ. in c. inſtitutionis
xxv q. 1. & alia jura allegavi ſupra regula xxv. *tamen iſta regula diſponit contra-*
rium, tum propter quandam æquitatem: quia ille, qui habebat ſignaturam, tantùm mole-
ſtabat poſſeſſorem, & poſteà fortè faciebat aliquam falſitatem in expediendo, &c. tum et- 2
iam quia Iudex ignorabat fundamentum ſuæ juriſdictionis, &c. argum. eorum quæ di-
cit Bert. in l. multùm intereſt ff. de condit. & demonſt. & Innoc. in c. pruden-
tiam de off. dele. licèt Bart. alleget eum in cap. cùm contingat eod. tit. *& ideo iſta*
regula practicatur etiam in exſpectativis. Nam executor datus in exſpectativa, non poteſt
fulminare proceſſum, niſi viſa bulla, aliàs non valet. Et ideo hodie tenetur una cautela: 3
quia cum bulla datur expedita, poſtquam eſt in plumbo, ut dixi ſuperius in x. regula. &
ad hoc facit cap. licet de crim. falſ. *habens exſpectativam poteſt ire ad plumbum cum*
ſuo executore: & ille executor cùm videt ibi bullam, & ſe Iudicem ibi datum, poteſt ful-
minare proceſſum, prout aliàs ego feci, tanquam executor unius pauperis, &c.

Sed ut non detur objectum de iſta regula, eſt practica procuratorum, quod in judicio pro- 4
ducunt ſumptum bullæ, & non ipſam bullam, ut non videatur illud quod eſt ſcriptum retrò,
ſcilicet expedita tali die.

Item ponderandum eſt verbum de Beneficiis *poſitum hic, ex quo videtur non idem eſſe* 5
in aliis, pono quòd Papa conceſſit alicui juriſdictionem, vel poſſeſſionem temporalem, vel
perpetuam in aliquo caſtro vel civitate, & iſte antequam expediat bullas, facit cauſſam
committi contra intruſum, an valeat iſta commiſſio? & certè dicendum eſt quòd ſic, quia
iſta regula eſt exorbitans, ergo debet reſtringi ad terminos, in quibus loquitur, cap. quæ à
jure communi exorbitant de Reg. jur. lib. 6. & cap. odia & cap. in penis d. tit. &
lib. & ſic aliàs reſpondi in curia, & neſcio quid fuerit judicatum: ſed hoc credo verum,
dummodò bulla poſteà producatur in jure.

Item vidi dubitari, & eſt caſus meus nunc in Rota: pone quod Papa providit mihi de 6
beneficio, & mandat per Breve ſuum, ſupplicatione ſignata incluſa, quòd Iudex in par-
tibus ponat me in poſſeſſione, vel aſſignet mihi beneficium, an habeat locum tunc regula
iſta? & certè dicendum eſt quòd non: quia appellatione commiſſionis non venit Breve Pa-
pæ, per quod etiam videtur idem &c. ex ſupplicationibus incluſis, quòd Papa ex certa 7
ſcientia vult hoc fieri, arg. l. quidem conſulebant ff. de re judic.

Item vidi dubitari, quia appellatione commiſſionis ſimplicis non venit commiſſio in qua
continetur ſupplicatio: nam ſpecies cui aliquid additur de genere alterius ſpeciei, mutat 8

nomen, caſus cap. ſtatutum de elect. lib. VI. juncto c. licet canon. de elect. eo lib. *facit quod dicit Abb.* cap. bonæ I. de poſtul. prælat. qui allegat dictum cap. & facit l. qui venenum ff. de ver. ſig. *Item quia appellatione ſimplicis non continetur comp. ſim quando materia eſt odioſa, caſus eſt* in c. dilectio. de conſanguin. & affin. *licet gl. cum text.* Inſtit. de actio. §. I. *videtur dicere contrarium*, & in l. 11. ff. de verb. oblig. vci doct. plenè. *Sed ibi dixi legendo hic Romæ, ultra Bart. Bald. Ang. Ioann. de Imo. & Ludo. pont. quos vidi ibidem, quòd quando omnia comprehenſa ſimplicia ſub genere numerantur particulariter in aliqua diſpoſitione, tunc appellatione ſimplicis comprehenditur etiam compoſitum ex illis ſimplicibus, & ſic procedunt dicta jura, & pone exemplum ſupra, in XV. regula & ibi dixi aliquid de hoc, ſed quando non numeratur omnis ſpecies ſub genere, ut in hac Regula, ubi non numeratur, niſi tantùm una ſpecies ſcilicet commiſſionis, ſequitur quòd non comprehenditur commiſſio compoſita cum ſupplica interclaſa*, & ſic procedat dictum c. ſtatutum de elect. lib. VI. & c. quod dilectio. de conſang. & affi. *Item quia commiſſio tantùm intelligitur ſecundùm communem uſum loquendi, qui in ſpe debet attendi*, l. cùm de lanionis §. aſinam ff. de fund. inſtruc. c. quamvis de verb. ſig. *ſed appellatione commiſſionis non intelligitur niſi commiſſio ſimplex, quæ fit in curia: ergo de Brevi non debet intelligi, in hoc tamen arbitror, quòd ſi etiam commiſſio fieret ad partes per reſcriptum, contra hanc regulam, quòd non valeret, quia in hoc attenditur terum tempus datæ* c. ſuper eo de ap. *ſed in commiſſione attenditur tempus præſentationis* c. I. de reſcript. & c. ut debitus de ap *in Brevi autem, in quo ſupplicatio eſt incluſa, ſecùs eſſet dicendum, per prædicta. In dubio tamen nolo expedire bullas in cauſa mea: quia nolo ponere jus meum in judicio aliorum.*

Item pondero hic verbum proceſſus deſuper habendi, &c. *quia in Regula Pauli erat* habiti & habendi, &c. *ſed meliùs eſt ut hic: quia in principio dicitur* quas antea, &c. *& etiam in Regula* Pauli *dicitur illud verbum, & credo hic ea quæ dixi in aliqua parte in regula ſuperius dicta, ſcilicet XXV.*

COMMENTARIA JO. A CHOKIER.

A *PEr gratiam Apoſt.*) An hæc Reg. locum habeat in præſentato à patrono, vel provìſo ab Ordinario, qui novam commiſſionem obtinuit, & committit cauſſam litteris non expeditis, latè in utramque partem diſputat Mandoſ. *hic q.* 6 & Gomeſ. *q.* 12. *ad Reg. de non jud. juxta form. ſupplic.* & quid in Brevibus, an ei obſtet Regula iſta tractat idem Mandoſ. *q.* 7. *num.* 4. ubi probat, & ſequitur opinionem negativam, probatam quoque Gloſſographo noſtro, *verſ. Item vidi dubitari*, quæ non examino properans ad Regulas celebriores.

B *Non ſunt litteræ confectæ*) At quid ſi confectæ ſint ſed non productæ, an obſtabit Regula? Mandoſius *hic q.* 8. rejecta contrariâ opinione tuetur negativam. Et quid ſi litteræ non fuerint confectæ tempore præſentationis commiſſionis, ſed

ſtatim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatim & immediatè poſt illius præſentationem fuerint expeditæ, an adhuc Reg. iſta obſtet? Idem Mandoſ. hic *quæſt. 9.* probat affirmativam, quibus rationibus, tu videto.

Nam Executor datus) Executorem ante præſentationem litterarum nulliter 16
procedere tenuit etiam Rota *in una Pampilonen. Illegitimitatis 5. Decembris 1608. coram R.P.D. Iuſto. cuius deciſio extat apud Farinacium part. 2. deciſ. 166. num. 11. in Noviſſ.*

Sumptum bullæ) Et tale ſumptum probat *Flam. Pariſ. lib. 8. quæſt. 2. num. 20. & lib. 10. quæſt. 1. num. 19. Put. deciſ. 28. de præbend.* neque ullius ad hoc opus eſt citatione, ut reſpondit D. Wameſius *conſ. 133. num. 2. tom. 1.* ſecùs ſi ſit ſumptum de regiſtro ſupplicationum, quia tale ſumptum non facit fidem *Bellam. deciſ. 257. Flam. l. quæſt. 2. num. 19.*

Certè dicendum eſt quòd non) Conſule Mandoſ. *hic quæſt. 7. num. 4. verſ. Contraria quinto.*

Papa ex certa ſcientia) Regulæ huic derogari poſſe pulchrè oſtendit Mandoſ. *hic quæſt. 13. num. 2. & 3.* ſubjicitque derogationem hoc operari, ut litteris non expeditis commiſſio cauſſæ jurisdictionem Judici tribuat, liſque pendere dicatur, quod ſecus eſſet, ſi regulæ non derogaretur. Clauſula autem derogatoria eſt eiuſmodi: *Non obſtantibus Cancellariæ regulis, illa præſertim qua caveri dicitur, ut Com-*
miſſiones non valeant, &c. Cui clauſulæ ſolet ſignatura aliam addere quæ priorem 17
temperat, videlicet: *Dummodò litteræ expediantur ante terminum ad articulandum, & interim non cenſeatur vera lis, nec ſit locus regulæ de Surrogandis*: idque ad compeſcendam nonnullorum malitiam & ambitionem, qui minus juſtè lites ſuper beneficiis aliorum introducebant, ea tantùm ſpe, ut reo præmoriente, beneficio regulæ de Surrogandis in re litigioſa venirent præferendi, *Veſtrius in praxi l. 3. c. 11. num. 4.* Ceſſante d. clauſula non inducetur lis ex ſola impetratione commiſſionis, cùm requiratur ipſa citatio, *Farin. dec. 81. num. 1. p. 1. in Noviſſ.*

Argumenta in Reg. XXX. Innocentii VIII. *quæ eſt XXX.* Pauli V.

1. HAc Regula extenditur etiam ad familiares Cardinalium morientes in Curia Romana.
2. Iſta Reg. non habet locum, niſi in vacatione per mortem.
3. Hæc Regula non obtinet in renuntiationibus familiarium Cardinaliũ.
4. Item in vacationibus ob delictum.
5. Familiaris Cardinalis factus familiaris alterius Cardinalis, ſi familiaris ille moriatur, debet requiri conſenſus prioris Cardinalis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN